

TABVLA  
RECITATIONVM  
IN  
ACADEMIA LVDOVICIANA  
PER SEMESTRE AESTIVVM  
A DIE X. APRIL.  
cīrīccīlxxx.  
INCHOANDARVM.

RECTOR  
ACADEMIAE LVDOVICIANAE  
D. IOHANNES GEORGIVS  
BECHTOLD  
CVM SENATV.

**C**aesarem Augustum omnem nauasse operam, vt vrbem; quam lateritiam acceperat, marmoream relinqucret, atque innumeris aedificiis, quibus eam exornauit, monumenta nominis sui sisteret, e C. Suetonio Tranquillo, caro, Vobis, Ciues Optimi, scriptore, bene meministis. Inter quae praestantissimum eius institutum eminet statuacducum, qui imperium populi Romani ex minimo maximum reddiderant, in veraque fori porticu ab ipso dedicatae. *Suet. cap. 31.* Idem ingenti statuarum copia vrbem impletuit, quum e strena, quam ipsi Kalendis Ianuariis omnes ordines offerre consueuerant, pretiosissima deorum simulacula mercatus vicatim dedicaret. *Suet. cap. 57.* Prae aliis talibus simulacris celebrantur a Suetonio Apollo Sandaliarius & Jupiter Tragoedus. De Apolline illo quum acerrime ab interpretibus disceptatum, nec quicquam flocci a Vobis habendum sit, quod ad Apollinem pertinet, de ratione illius cognominis pauca differamus. Atat nomen illud Apollinis ex eo, quod Ioui tribuitur, facilime illustrari posse nobis quidem videtur. Iouem Tragoedium appellari a vico tragoedo, in quo tragoedi plures colebant, omnes fere consentiunt. Quemadmodum enim Jupiter Capitolinus, Apollo Palatinus vocantur propter locum, in quo aedes eorum sitae sunt: ita vicus, in quo effigies Dei statuta, Deo ipso nomen dedit. Cum qua explicatione congruit, quod vicatim dedicata simulacula Suetonius narrat, e quibus praefontiac causa statuam v.c. Iouis in vico Tragoedorum collocatam memorauit. Iam vero analogiae leges Apollinem Sandaliarium eodem modo interpretari iubent; Apollini scilicet statuam intelligi putamus in vico Sandaliariorum positam. Miramus igitur, S. R. Ernesti, optimum alias Suetonii interpretem ad hunc locum exclamasse: Quid est Apollo Sandaliarius, id est, sandaliorum artifex? Apollinem profecto Musarum praesidem artiumque liberalium inuentorem qui ad artes sellularias condemnat, Horatii praeceptum violat, qui hanc legem edixit, ne quis deorum

Regali conspectus in auro nuper & ostro,  
Migret in obscuras humili sermone tabernas.

Praeserenda viro summo videtur lectio librorum quorundam *sandaliarum* i.e. sandaliis indu-tum, quae etiam *Gessueri* sententia est in Thesauro Linguae Latinæ. Atat cur eo calcamentorum genere statua Apollinis instructa fuerit, nullam exhibere possumus rationem, quum e contrario vicum vrbis Romæ *Sandaliarium* vocatum esse tam *Gellius Noct. Att. XVIII. 4.* quam *Sextus Rufus* de regionibus vrbis Romæ testentur, idque contextui maxime consentaneum sit. Vici illius Ernesti ipse alio loco meminit (*Suetonii Oct. 72.*) his verbis usus:

Sca-

*Scalas anularias interpretantur, ad quas aurifabri, qui anularii dicuntur, anulos venderent, eadem analogia, qua vicus sandaliarius dicitur, ubi sandaliarii habitabant, vel sandalia venalia habebant. — Quae quidem praemittere libuit in uitationi ad praelectiones aestivas Vobis, aestumatis Commilitones, in hac tabula propositas. Frequentes confluatis, attente auditis, doctiores exeat, haec votorum nostrorum summa fuit, haec indicem hunc delineantes maxima fiducia sperauimus.*

### LECTIONES THEOLOGICAE.

D. IO. HERMANNVS BENNER, *Acad. Senior. Christianae religionis capita, & praecepta, semper docere paratus, exegesis practicam epistolae ad Colossenses offert, Godiwini, Mosen & Aaraovem (perutilem libellum & nouae lucis ybique capacem) volentibus paeleget, Horae sunt XI-XII. IV-V.*

D. IOHANNES GEORGIVS BECHTOLD. Hora VII. quater per hebdomadem scholas catechetico-practicas & disputatorias aperiet; hora eadema diebus Mercurii & Saturni epistolam Paulli ad Hebraeos interpretabitur. Hora VIII. Heilmanni theologiam dogmaticam, hora VIII. Lessii librum de veritate religionis Christianae, aut, si commilitones id maluerint, eiusdem theologiam moralem paeleget; ad lectiones quoque polemicas duce Millero instituendas paratissimus.

D. LUDOVICVS BENIAMIN OUVRIER. Hora VII-VIII. docebit theolog. moralē duce D. Lessio. Hora VIII-IX. dogmaticam paeante D. Danouio. Hor. XI-XII. historiam ecclesiasticam N. T. ad compendium Moshemianum. Diebus Mercurii & Saturni horis commodis ad compendium suum homiletico & catechetico-practicas exercitationes instituet. Ad theologiam polemicam auditoribus proponendam quoque paratus erit.

### LECTIONES IURIDICAE.

D. IO. CHRISTOPH. KOCH *Institutiones ex HEINECCI elementis nou. edit. hor. VIII. Ius criminale ex suo compendio hor. X. Ius canonicum ex G. L. BOEHMERO hor. II. sex per hebdomadem diebus tradet. Doctrinam successionis ab intestato hora commoda docebit ad filium sui libelli. Offert quoque iis, qui profectuum suorum periculum facere cupiunt, disputatorium aut examinatorium.*

D. CHRISTIANVS HARTMANNVS SAMVEL GATZERT hor. VII-VIII. *Ius feudale ad Boehmerum; hor. VIII-IX. Ius Publicum I. R. G. duce Pütterio; hor. XI-XII. Ius Germanicum priuatum, paeante Selchouio tradet, ad scholas etiam iuris practicas & diplomaticas denuo paratus.*

D. LUDOVICVS IVLIUS FRIDERICVS HOEPFNER *Historiam iuris, quo germania vititur, duce Selchouio hora X-XI. Pandectas paeante Boehmero hora IX-X. XI-XII. & (bis per hebdomadem) VI-VII. explicabit. Alia praeterea desideraturis non deerit.*

D. HELVICVS BERNHARDVS IAVP hora VIII-IX. *ius publicum hora X-XI. Historiam imperii tradet ad ductum PÜTTERI. Eodem paeante, hora II-III. bis per hebdomadem ius priuatum principum exponet. Ad collegium practicum, & process. imp. quoque paratus erit.*

### LECTIONES MEDICAE.

D. IO. WILH. BAVMER, Med. Prof. primar. Hor. IX. omnibus diebus profestis in Dr. Zach. Platneri artem medendi, singulis morbis applicatam commentabitur. Hor. X. diebus D. oꝝ. Z. & Qis Iurisprudentiam medicam ad suas institutiones tradet. Hor. XI. diebus consuetis collegium pathologico-therapeuticum publicum iterum aperiet.

D. CHRI-

D. CHRISTOPH. LVDOV. NEBEL, Med. Prof. ord. & h. a. Dec. Artem obstetricalem ex Steinii Compendio hora III.-IV. Chirurgiam in Platneri Institutiones hora XI.-XII. docebit. Historiam medicinac literariam ad filum Cl. Murray libelli cui tit: enumeratio librorum medici praecipue argumenti, hora I.-II. tradet.

D. Io. LVD. FRID. DIETZ. Prof. Med. Ord. H. IX-X. Physiogiam duce Halero; h. X-XI. Anatomen theoreticam praecunte Plenckio explicabit, illasque praeparatis, iconibusque anatomicis illustrabit. Examinatorium quoque Anatomico physiologicum publice offert.

CAROL. GVILELM. CHRISTIAN. MULLER D. h. VII-VIII. Physicam experimentalem, usurus compendio cel. Io. Beccmann h. I-II. Botanicen ad filum Phil. bot. & syst. veg. b. a Linne h. V-VI. historiam naturalem vniuersalem ad compend. cel. Ebert, tradet. Lectiones quoque priuatissimas in mineralogiam & hydrologiam, desiderantibus, aperiet. Publicas lectiones suo tempore indicabit.

#### LECTIONES PHILOSOPHICAE.

ANDREAS BOEHM, Log. Metaph. & Mathem. P. P. P. Bibl. Acad. Praef. H. VII. matutina *logicam*, h. VIII. *metaphysicam* ad ductum compendiorum a se editorum; h. II. *mathesin puram* praecunte WOLFIO docebit; h. III. nonnullas *matheseos applicatae* partes explicabit. Bibliothecam publicam consueto tempore aperiet.

IO. CHRISTOPH. FRIED. SCHVLZ LL. Or. & Ant. P. P. O. hor. X-XI. Mathaeum & Marcum ex recensione Griesbach. interpretabitur. hor. III-IV. Historiam Ecclesiasticam N. T. ad ductum Compendii *Walchiani* enarrabit. hor. I-II. Fundamenta linguae Anglicanae docebit *publice*. *Antiquitates hebraicas* offert hora auditoribus commoda.

D. CHRIST. HENR. SCHMID, Prof. Poef. & Eloqu. *Publice Hor. III-IV.* diebus Lunae, Martis, Iouis & Veneris Terentii fabulas illustrabit. *Priuatim Hora VIII-IX.* diebus Lunae, Martis, Mercurii, Iouis & Veneris fundamenta stili *cultioris* ex Heineccio tradet, die Saturni eadem hora *exercitia stili Latini* corriget. Hor. IV-V. *Theoriam litterarum elegantiorum*, id est; Poetics, Rhetorices & Aesthetices e Lindnero docebit. Hora V-VI. Historiam *Litterariam Poesios* e libro suo enarrabit; Historiam quoque *litterariam* duce S. R. Millero offert.

HENR. MART. GODOFR. KOESTER Histor. P. P. O. Historiam literariam hora VIII. ad Comp. Baumann, Statuum *Europae* hor. X. ad Comp. proprium, *Vniuersalem* hor. XI. ad Comp. proprium docebit, ad Praelectiones in Historiam Ecclesiasticam, Imperii Procerum, Statisticam, Heraldicam, & Philosophiam moralem paratus.

#### LECTIONES OECONOMICAE.

IO. AVGVSTVS SCHLETTWEIN hor. VII-VIII. matut. *notitiam Europae politicanam*, die *Statistik*, ex proprio, qui in publicum prodibit, libro; hor. VIII-IX. *Oeconomiam forestalem* duce *Succouio*; hor. X-XI. *Ius naturae & gentium* secundum *Achenwallium*; hor. XI-XII. *Oeconomiam politicam* sive *vniuersas disciplinas camerales* secundum proprium systema tradet; paratus quoque ad explicandum specialius ac fusius elegantissimam & per quam momentosam doctrinam de dominiis, regalibus, & collectis hor. II. post merid. vel alia commodiori, si sufficiens auditorum numerus cum ipso conuenerit. Praeterea exercitabit etiam quasi in Seminario politico & camerali commilitones, qui id desiderabunt, per duas vel tres horas in septimana in omnibus, quae in camera, regimine, aliisque collegiis & foris politicis & camerilibus tractanda & expedienda sunt, negotiis, nempe *Protokolle zu führen*, Berichte zii erstatten, *Decrete*, *Rescripte*, und andere *Verfügungen und Resolutionen* ab-

zufassen, Instruktionen zu entwerfen, Relationen, Gutachten, und Anträge zu machen, Registratur- und Archivs-Geschäfte zu besorgen &c.

D. IO. WILH. BAVMER, Hist. nat. & Chem. Prof. Hor. X. diebus 9ii & 9ni Hydrographiam subterraneam a se editam explicabit. Hor. XI. historiam naturalem regni mineralogici, ad compendium suum modo typis expressum, tradet, & obiecta huc spectantia simul oculis subiiciet. Nec iis deerit, qui, tempore praefiniendo, praecepta docimastica haurire, & processibus metallurgicis interesse, secum constituent.

ANDREAS BOEHM. H. III. principia architecturae civilis in usum eorum, qui scientiis oeconomicis operam nauant, tradet. Iis, qui theoriam machinarum molarium & artem illas calculo subiiciendi addiscere cupiunt, collegium algebraicum offers, qua scilicet præparatione destituti ad hoc studium accedere non possunt.

D. IO. LVD. FRID. DIETZ. Medicinam Veterinariam ad filum Compendii Erxlebiana ad finem perductam publice hora auditoribus commoda denuo tradet.

IOH. PHIL. BREIDENSTEIN, Oeconomiae ruralis & Rei calculatoriae Cameralis P. P. O. H. X. Oeconomiam ruralem, ad Praecepta Succouii, quinques — quater autem per Hebdomadem Rei calculatoriae Cameralis fundamenta, Wiedeburgio duce, Hora II. explicabit. In urbanam oeconomiam præelectiones desideraturis operam suam non denegabit. Arithmeticam quoque Theoretico-practicam hora commoda docebit.

GEORG. FRID. WERNER, Geometriam practicam & omnia, quae ad illam pertinent, docebit, ipsam praxin cum regularum expositione continuo coniuncturus. Versus finem semestris praecepta artis libellandi tam explicabit, tam in campis actu exercebit. Tandem etiam in iis, quae ad officium peraequatoris pertinent, erudiet harum rerum curiosos. Prælectionibus h. II., practicis autem laboribus diebus mercurii & saturni post meridiem vacabit.

### LECTIONES EXTRAORDINARIAE.

IOANN. CHRISTIANVS DIETZ, SS. Theol. Prof. publ. extraord. Ebraeae linguae fundamenta & genium, e psalmis Dauidis; graece, e Xenophonis Cyropaedia enucleabit, hora X. matutina. Collegium exegeticum hora II. pomeridiana in epistolam diuini Paulli ad Titum instituet.

D. IOANN. WILH. CHRISTIAN. BAVMER, Med. Prof. Publ. Extraord. Hora I-II. pomerid. diebus Dnae 9uis & 9ris Semiologiam, duce b. m. Dno Ludewig in Institutionibus Semiologiae, proponet. Eadem hora diebus 9rii & 9ni osteologiam, praemonstrante b. m. Dn. Scharschmidt in tabulis osteologicis, tradet. Hora II-III. Institutiones medicas b. m. Dn. Boerhauii explicabit.

Præter ista Generosissimis Nobilissimisque Ciuibus de luculenta equitandi, pugnandi gladio saltrandique palestra, Gallicae item & Italicae linguae scholis, per magistros earum peritissimos, publice constitutos, abunde prospectum est.